

sta radiorum: 2) In quovis triangulo latera esse sicut sinus angulorum obpositorum; 3) Summam vero duorum laterum ad eorum differentiam, ut tangentem semisummæ angulorum his lateribus obpositorum ad tangentem semidifferentiæ eorundem: 4) Latus maximum se habere ad summam reliquorum, sicut horum differentiam ad differentiam segmentorum lateris maximi.

* *Probl.* Trigonometrice resolvere triangula tum rectangula tum obliquangula.

TRIGONOMETRIA SPHÆRICA.

LXIII. *Triangulum sphaericum* componitur ex tribus arcibus circularum maximorum in superficie sphaeræ descriptorum. *Mensura anguli* est arcus a concursu duorum aliorum arcuum angulum comprehendentium 90 gradibus distans.

* Hæc triangula varie differunt a planis: v. g. quod etiam latera suos habeant sinus et tangentes; quod tribus angulis rectis possint constare, adeoque datis duobus angulis non innotescat tertius &c.

LXIV. In quovis triangulo sphaerico rectangulo, cuius latera quadrante minora sunt, fa-